


P V I S



1 6 0 3











IN LIBRIS  
MUSEI HISTORICI  
DR. DAN. LYDOLPHI  
L. S. S. DAN. DAN. DAN.  
L. S. S. DAN. DAN. DAN.  
STAT. DAN. DAN.  
MUSEI HISTORICI  
L. S. S. DAN. DAN. DAN.



Jf 4600



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



# INDEX SCRIPTORUM

MINUS VOLUMINE HOC

contentorium

## DISPUTATIONES.

- I. De Sacramentis Novi Testamenti Jo. achimi Garzæi.
- II. De Rectâ integrâq. Ecclesiarum Reformatione Danielis Tossani.
- III. De Justificatione M. Wolfgangi Amlingi.
- IV. De Personâ Christi D. Andr. Prætorii.
- V. De tribus generibus Communicationis Joh. Joh. M. Andrea Wencelii.
- VI. De Personâ Christi D. Jacobi Andreae.
- VII. De Præcipuis doctrinae Christianæ Capitibus: de quibus respondebunt pro Licentia in Theologia consequenda.
- VIII. De Imagine Dei in homine D. Jo. Mich. Alonini et D. Martini Chemnitii.
- IX. De Sacra Scriptura D. Joh. Matthæi.
- X. De Verbo Dei Scripto et non scripto D. Georgii Mylii.
- XI. De Interpretatione Græcorum Verborum Act. 3. Ἰσοὺν ἕως οὐρανοῦ καὶ ἕως γῆς. P. Selmeckeri.
- XII. De Homine D. Johannis W. gandi.

XIII. Disputationes Physicæ de No. tione.

XIV. Scriptum publicè Prepositum in Academia Witebergensi. Coenæ.

## CARMINA.

- I. De Jesu Christo
- II. De Natali Christi Joh. Gerbohi.
- III. In Natalem Christi Matthie Prætorii.
- IV. De Passione Christi Greg. Memmi.
- V. De Lapsu et Reconciliatione generis humani Adami Lamperzi.
- VI. Precatio ad Christum, pro Remissione Peccatorum Adami Lamperzi.
- VII. Precativncula pro diebus summorum festorum M. Melchioris Seueri.
- VIII. De Miraculosa spiritus sancti effusione super Apostolos M. Michaelis Habicht.
- IX. De Uicium in Sarepta beneficio Helice exhibitio Ferencio Coleri.
- X. De Principibus
- XI. In Natale Bernardi Principis Anhalt. M. Amlingi.
- XII. Pro recens nato Pr. An. M. Amlingi.

**XXIV.** De tribus Principibus Anhaltinis  
uno anno natis. D. Gerulafii Marstalleri  
et M. Stephani Schirmeisteri.

**XXV.** Idyllion in Nat. recens nati Principis  
Anhaltini Bartholomaei Frenchii.

**XXVI.** Gratulatio in Natalem Rudol.  
phi Principis Ascania M. Anlhingi

**XXVII.** In Natalem Sabinae Nymphae  
Anhaltinae M. Anlhingi.

**XXVIII.** Gratulationes duae sereniss.  
PP. Dn. Friderico Comiti Palatino Ascan.  
am ingresso, et D. Joanni Georgio, Principi  
Anhaltino, cum eius Celsina. natis eet  
Filius Henrici ab Eichen.

**XXIX.** Elegia Illustris Principi Dn.  
Mauricio Landgraviis Hessiae ad Illustriss.  
Principes Anhaltinos optato adventu  
Henrici ab Eichen.

Gratulationes aliae ad Principes.

**XXX.** Ei Epitheta ad Dn. Christianum  
Principem Anhaltinum de bello Gallico in  
patriam rediit M. Alberti Uotti.

**XXXI.** Maurus M. Alberti Uotti.

**XXXII.** Elegia ad Illustrissimum  
Saxoniae Electorem scripta a D. Joh. Majore.

De obitu

Principum quorundam

**XXXIII.** De obitu Bernhardi Principis  
Anhaltini eue rea Serue stae Ciuitatis  
M. Nicolai Botcheri.

**XXXIV.** De uita et obitu Bernhardi  
Principis Anhaltini Gerulafii Marstalleri.

**XXXV.** Epitheta Dn. Joh. Ernesto  
Principi Anhaltino Uionnae extincto scriptas  
ab Alberto Uoito.

**XXXVI.** De Dn. Joh. Ernesto Principi  
Anhaltini fortissime gestis M. Simonis Remhardi.

**XXXVII.** Beatis Manibus Dn. Joh. Ernesti  
Principis Anhaltini Filiis ab Aezema.

**XXXVIII.** Epitaphium Dn. Joachimi  
Principis Ascanensis M. Joh. W. Uogelii.

**XXXIX.** Nenia in Passionem, Praeambulum  
sive Chionem Christi Augustini Altmann.

**XL.** Oratio habita Witebergae in die  
Catharinae a D. Joh. Majore.

**XLI.** Parentatio Dni Augusto, Electori  
Saxoniae tertium facta a D. Joh. Majore.

**XLII.** Parentatio Dni Augusto, Electori  
Saxoniae quartum facta a D. Joh. Majore.

**XLIII.** Carmina Gratulatoria Pauli Me-  
lissi et aliorum ad Davidem Paruum qd.  
e de gradu Doctoratus gratulantur.

**XLIV.** In honorem Henrici Jagow, cum ei  
gradus Doctoratus decerneretur.

**XLV.** Nouis honoribus Magistrum Dn. Isaaci  
Gregorii Serulestani.

**XLVI.** In Magistratum Ladophi Szaderi  
cum uete in fehu notu anni aspiciam.

**XLVIII.** Prooemio in gratiam Gasparis Cornetii Senensis in aeternum, cum inde in partem etiam ad idem officium uocaretur.

**XLIX.** Honori et Memoriae Abrahami à Gruenenberget.

**L.** Ouerela de misero statu nostri seculi à Stephano Lamperti.

**LI.** Allegoria picturae Christophori Georgii Thymi cum aliis ejusdem argumenti carminibus.

**LII.** In insignia Megalanchi Lutherici amplexum e carmen in laudem Panawae Amwaldinae Benedicthi Figuli.

**LIII.** Problemata horis uersibus inducta à Stephano Uenatorio.

**LIV.** Propemptica, quibus Georgium Weickhoffium ex Academia Marchionum profecti sint amicis.

**LV.** In excessum Samuelis Itrusii seruicium abieritis.

Sequuntur jam  
**Epithalamia**  
In Nuptias.

**LVI.** D. Johannis Capi

**LVII.** M. Petri Suehndek Casp. Amoris Coniugalit.

**LVIII.** Johannis Hameri.

**LIX.** Gregorii Brotmanni.

**LX.** Petri Amelungii.

**LXI.** Joachimi Erwesti Principis Anhaltini, dua Elogia Barth. Frencelii.

**LXII.** Joachimi Friderici Ducis Silesiae

**LXIII.** M. Galli Dresleri.

**LXIV.** Friderici, Comitis Wirtenbergen-  
sis et Mumpelgardis, de Ordine Uotorum.

**LXV.** Johannis Georgii de Strassen, bo-  
ris Misarum.

**LXVI.** Ambrosii Kirchneri.

**LXVII.** Aegidii Tosschertz.

**LXVIII.** M. Caspari Gotschalei.

**LXIX.** Johannis Pöscheldi.

**LXX.** Martini Zelij.

**LXXI.** Theodorii Alamii, L.V.D.

**LXXII.** Baltasari Kifweteri J.V.L.

**LXXIII.** Joachimi Gutschami.

**LXXIV.** Joanni Rockstedii.

**LXXV.** Augustini Reinhardt.

**LXXVI.** Christophori ab Hoym.

**LXXVII.** D. Abrahami Ratzii.

**LXXVIII.** Petri Fabri.

**LXXIX.** Stephani Herzwigii.

**LXXX.** Caspari Hamidi.

**LXXXI.** Clementis Stresonis.

**LXXXII.** Petri Wesenbecii.

**LXXXIII.** Lucae ab Endon.

**LXXXIV.** Isaaci Segleri.

**LXXXV.** D. Stephani Marcelli.

**LXXXVI.** Conradi Schröteri.

**LXXXVII.** M. Isaaci Gregorii.

**LXXXVIII.** Pauli Schusteri.

Restant  
**Epitaphia**

**In obitu.**

**LXXXIX.** Hieronymij Bongartne  
zi caemen Witebya publico decretum.

**XC.** D. Uliti Orteli Wirssembii.

**XCI.** M. Wolfgangi Schuleri.

**XCII.** Erii Uolckmari.

**XCIII.** Laurentii Cizleri.

**XCIV.** M. Zachariae Polij. *ad*

DE SACRAMENTIS  
NOVI TESTAMENTI IN  
GENERE DISPUTATIO  
THEOLOGICA,

IN QVA ROBERTI BELLARMINI SEX  
*controuersiae speciales, Tomo 2. controuersiarum  
tractatae, breuiter confutantur,*

DIVINA IUBENTE AC IUV-  
VANTE GRATIA,

PRÆSIDE

IOACHIMO GARCAEO SACRAE  
*Theologiae Doctore, & Graecae in Acade-  
mia Francofordiana institu-  
tionis Professore,*

Respondente

M. ZACHARIA FREVDEMANO,  
*IUTREBOCENSIS, Febr. hora & loco  
consuetis publicè instituenda.*



Typis exscripta ab Andrea Eichorn  
Anno Christi 1594.

a.

IUSTINVS IN EXPOSITIONE  
F I D E I.

**Τ**οῖς θεοῖς περιχωρεῖν, εὐσεβῆς ἀνδρὸς ἀνείη ἢ σὺφρονθ.  
ἐκοῦν ὅσον μὲν τῶν θεῶν εἰς ἀσφαλῆ ἔρευναν, ὅσον δὲ πρὸς  
εὐσεβῆ θρησκείαν θεοπετῶς νοοῦμεν. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ πάντων  
ἀκατάληπτον τὸ θεῖον, διὰ τῆτό που πάντως μηδὲν ζητῶν πε-  
ρὶ αὐτῆ προσήκειν, ἀλλ' ἐν ῥασώνῃ τὸν τῆ βίᾳ καταναλίσκεν  
χρόνον. καὶ δὲ τὸ μέτρον τὸ μεμελεῖν ἐκάτω παρὰ τῆ Κυρίᾳ, τῆς  
γνώσεως τὴν ἐξέτασιν φιλοπόνως ποιῆσαι, ὅτι μὲν ἀκατάλη-  
πτου ἀκρίτως πεπεισμένους, ἐφ' ὅσον δὲ χωρῶμεν διὰ τῆς θεωρί-  
ας ἑαυτῆς ἐκείνῳ συνάπτοντας.

Hoc est:

**P**rudenter piusq; virum decet numini cedere. Res-  
igitur diuinas quatenus tutum est scrutemur, pieta-  
tem verò ita ut religiosis dignam est colamus. Quamuis  
enim diuinum illud sit incomprehensibile: non debemus  
tamen in totum ab illo quarendo desistere, & per ignauia  
vitam consumere: sed pro sua quisq; portione accepta à  
Domino scientia, strenuè rem examinet, certus non qui-  
dem exactè se percepturū, profecturum tamen aliquan-  
tum per huiusmodi contemplationem, accedendo ad ill-  
lum propius.





## THESIS PRIMA.

**S**i melius erat nos consentire, & Apostolicam doctrinam purè & incorruptè conseruare: tamen quia nonnulli vel miserimam celebritatis umbram sectantes, vel diuinorum eloquiorum veritatem ignorantes, aut impugnantes, soluto concordia vinculo noua nobis dogmata proponunt, eademq; sacramentorum literarum auctoritati preponunt, sine acerbitate animorum veritatem quaeremus, & contra hostes Euangelij, κατὰ τῆς αὐτῶν χάριτος θεραπεύομεν τῆς τῶν ὑγιαυόντων ἐνεκα προσηθείας, & ut illis medicamina adhibeamus, & sanos aduersus has pestes praemuniamur, differemus.

contra adu. Leg. ac Proph. c. 24.  
Theod. dial 1. c. 1. D. Luther. disp. de myster. S. Trinitat. th. 2. s. 4, t. 1. L. 1. pag. 539.

Ignat. 1. ep. 5 ad Philad. Iustin. q. 4. ad Orthod. Maxent. in prol. dial. contra Nestor. Theodoret. histor. Eccles. 1. 1. c. 7. Aug. 1. 5. de bapt. c. 26. Theod. dial 1. c. 1. Aug. de util. cred. ad Hon. 1. 1. c. 1.

### II.

Etenim Hereticis sua magno studio defendentibus quid restat, nisi ut quisq; catholicus pro viribus, quas submit à Domino, redarguat istas pestes; usq; vigilanter assistat: ut cum respondendi necessitate sine studio contentionis pro veritate certatur, instruantur indocti, atq; ita in Ecclesia conuertatur utilitatem, quod est inimicus machinatus in perniciem.

Aug. 1. 2. de peccato orig. c. 22. Cyrillus in apol. ad Theodof. sub princip.

### III.

Cum verò multi multas excitarent Heretici contentiones: tum nulla ferè est, quae hoc nostro è εἰσχωρίῳ seculo maiori vehementia, & periculo, Ecclesiaeq; incommodo non à Sacramentarijs tantum, sed ipsis etiam Pontificijs

tificijs agitetur, quàm summè necessaria illa, & utilissi-  
ma de Sacramentis doctrina: quam Controuersista Rô-  
manus sic obscurat, deprauat, corrumpit, ut nihil su-  
pra.

IV.  
Aug. l. 19. Quod si antiqui iusti pro nunciatiuis suis Sacramen-  
contra Fau- tis, & rerum nondum impletarum figuris omnia dura &  
stum Ma- horrenda perpeti parati fuerunt, & pleròq; perpessi sunt.  
nich. c. 14. si tres pueros, Daniele m̄q; predicamus, quia de mensa Re-  
Dan. 1, 8. gis contaminari noluerunt, quod erat contra illius tempo-  
Macc. 1, 65. ris Sacramentum: si Maccabæos cum ingenti admirati-  
one præferimus, quia escas quibus nunc Christiani lici-  
tè utuntur, attingere noluerunt, quia tunc pro tempore  
Prophético non licuit, quanto magis nunc pro Sacramen-  
tis Noui Testam. omnia perferenda paratior debet  
esse Christianus, si de fuerint promissiones rerum com-  
Ambrosi. l. 2. plendarum, hæc sint indicia completarum, quas etiam  
de Sacram. c. 5. t. 4. Aug. gust. contra reuerà nobis exhibent.  
Faustum l. 19. c. 13. t. 6. & in Pf. 73. t. 8.

V.  
Sic Bellar- In huius igitur grauissima controuersia discussione  
min. t. 2. nominis primùm rationem, tum definitionem considera-  
controuer- bimus: inde causas videbimus: post effectus: mox nume-  
sia prima rum: tandem ceremonias: quòd sententia ita Pontificia  
generali. confutatio possit institui commodior, & methodus ista  
nostro videatur instituto accommodatior.

VI.  
L. 1. c. 2. Ac de mendacijs quidem quæ mendax Iebusita ef-  
vsq; ad 7. futit multa non dicemus: quid enim prodest omnia ista  
Aug. cōtra retexere? Illud tantùm monemus, Aduersarios veluti  
litt. Petil. c. 1, t. 7. muscas aduolare ad exulcerata, si quæ exciderint: addi-  
musq;

musq̄, non pauca eosdem vera falsis intermiscere, quod pleriq̄, omnes faciunt Heretici. Ignat. ep. 1. ad Trall. Iustin. in Trypho. Iren. l. 1. c. 1. adu. hæ. Aug. l. 1. qq. ex Matt. c. 40. t. 4

VII.

Sancti verò Maiores hanc saluberrimam consuetudinem tenuerunt, ut quicquid diuinum atq̄, legitimum in aliqua heresi vel schismate integrum reperirent, approbarent potius, quam negarent: quicquid a. alienum & erroris illius vel dissensionis proprium, veraciter arguerent ac sonarent. Aug. l. 3. de bap. cōtrā Donat. c. 19. & contra ep. Parmen. c. eod.

VIII.

De vocabulo autem Sacramenti in tanta Euangelij luce non opus est disputare. Certum est enim alios latinus, alios angustius illo vocabulo, quod vel à secretis virtutibus, vel à sacris, aut sacrando etiam, nonnulli deriuant, vsos, & reddi in Græco textu per μυστήριον, ut patet Es. 24. Razili, Kazili, Secretum meum mihi, secretum meum mihi: quam sententiam in totum omisere 70. Interpretes: quæ vox in Daniele c. 2. v. 18. 19. seruatur, raza, & aliquoties in consequentibus: ubi Græci vertunt per μυστήριον. Nec in Nouo Testamento præmittitur. VOCABV. LVM SACRAMENTI. Bellarmin. controu. 1. spet. l. 1. c. 7 & 8. Isidor. l. 6. etym. Biel. q. 1. 4. Sent. Esa. 49. 6. Eph. 19. 9. 3. 3. Col 19. 26. 1. Tim 3. 16. vide &

Aret. in probl. loco 76. Sadael. contra Burdegall. art. 1. pag. 410.

IX.

Profani Latinorum autores, obligationem illam nomine Sacramenti significari voluerunt, cum iurati aliquo seruitutis vinculo obstringimur, ex quo iurandum, quo se milites fidelem operam Reip. prestituros pollicentur, sacramentum militare dictum est: aliquando etiam pignus quod à litigantibus apud iudicem in foro deponeretur. At sacri Ecclesie Latine Scriptores hoc loco (per translationem quandam) Sacramenta vocarunt

A3

ea si-

ea signacula, quae non nudam aliquam promissionem corporalem, sed spirituales gratuiti favoris DEI nobis conferunt & obfignant.

X.

a. Luther: *Ac licet hoc nomen in sacris literis hoc sensu non usurpetur: a. non tamen propterea repudiandum, vel omnino vitandum est, optandumque cum Zuinglio, istam vocem nunquam à Germanis receptam. b. Sunt enim alia quoque vocabula, quibus mysteria fidei aliquo modo declararentur, ab Ecclesia inuenta c. nec de voce tantopere digladiandum videbatur, cum, quod ἀρεαφῶς sit: d. tum, quod non ut miseri aucupes vocum apicibus literarum putare debeamus ligandam esse veritatem: e. nec de verbis contendere amandum, f. sed res etiam, non sola verba quaerenda: g. imò de illa si constet, de his controversia facienda non sit h.*

l. de imaginib. abrog. c. Vide acta Syno. Nice. cent. 4. Eccles. c. 9. Theo. l. 2. c. 28. Athanas. de. eod. symb. Ambros. l. 3. de fide c. 4. Aug. l. 7. de Tri. c. 4. d. Apol. conf. Aug. t. 13. Chennit. p. 2. exa. fol. 2. e. Aug. l. 2. de conf. Euang. c. 28. t. 4. f. 1. Tim. 6, 4. Tertul. l. adu. Iud. Aug l. 2. contra 2. epp. Pelagianor. c. 5. g. Aug l. 1. de peccat. orig. c. 32. Luther. disp. an verum in Philos: verbum caro factum th 13. t. 1. L. l. pag. 529. h. Naz. ep, 20. Aug, 1. Retractat. c. 15.

XI.

DE FINITIONE.  
Bellarmin. Controu. 2. special. *Constabit autem de illa, si definitionem Sacramenti veram & accuratam indagauerimus & assignauerimus: quod cum per se tum in omni doctrinae genere, & verò multo magis in sacra Theologia, valde quidem graue ac periculosum est: tum tamen, cum limes à Spiritu Sancto nobis praescriptus retinetur ac defenditur, tutum ac facile.*

XII.

*Etsi verò multifariam Sacramentum definitur, ut patet*

patet non ex Augustino tantum, Bernharo, Hugone, Thoma, Lombardo, sed etiam ex recentioribus: nos tamen, si Sacramentum actionem diuinitus ordinatam, in qua CHRISTVS, iuxta verbum institutionis, per certa quaedam visibilia signa seu elementa caelestia sua bona dispensat, ac promissionem Euangelij de gratuita remissione peccatorum applicat, confirmat, & obsignat omnibus fide percipientibus, definierimus, quam proximè ad veritatem nos accessuros confidimus.

XIII.

Actionem diximus esse Sacramentum, ad Baptismi & Cæna administrationem respicientes, DE I actiones internas considerantes, Dominumq; Philippum etiam hac in re sequentes: quanquam suo modo, respectu nimirum rerum qua in illis sunt, ad substantiam: respectu vero ipsius exhibitionis, obsignationis remissionis peccatorum, & vitæ æternæ, ad relationis prædicamentum Sacramenta referri posse non ignoramus.

XIV.

Qui verò vel notas ac symbola tantum externæ professionis, ac diuinæ gratiæ, vel etiam obsignatione tantum donorum DE I in nobis Sacramenta esse dicunt: illud autem dicunt Zuinglius, Calvinus, et alij non pauci, hoc præter alios Aretius: non difficulter refutari possunt: quòd illi ciuil: tantum more de signis judicent: hic quendam tantum usum ac finem Sacramentorum, eumq; principalem, non omnes perfectè assignet.

pag. 241. Heidelb. in Catech. fol. 32.

XV.

Nec operosa sententiæ Pontificiæ, qua Sacramentum res sensibus subiecta, qua ex DE I institutione sanctitatis & justitiæ tum significanda, tum, ex vi ipsius

Sacra-

L. 10. de. C.  
D. c. 5. Ser.  
de cæna  
Domini L.  
1. p. 9. c. 2. P.  
3. q. 60. art.  
1. & 2. L. 4.  
Sentet. dist.  
1. & ibi DD.

Phil. In e. 4.  
ep. dd Rom

L. de ver. &  
fals. relig. &  
in resp. ad  
sermon. in  
Catech. fol.  
1. Probl 76.

Catechif.  
Coneiliabu  
li Tridètimi.

Lib. 1. c. 11. *menti, interprete Bellarmino, qui tamen ipse hoc in oratione preliminarum negat, efficienda vim habet, definitur, est confutatio.*

Ibid.

XVI.  
*Licet enim varijs coloribus Pandora hæc ab Apelle isto exornetur, ac pulcerrima, cum ob concinnitatem breuitatemq; tum ob sufficientiam proclametur, si quis Epimetheus illam reciperet: fuci tamen tantum sunt, vel uno Spiritus Sancti afflatu perituri.*

Idem l. 1. c. 9. de Sacramento, in gen.

XVII.  
*Nam ut ad Sacramentum notæ legis constitutum octo: primo, ut sit signum. 2. sensibile. 3. voluntarium. 4. habens cum re quam significat analogiam, 5. representet rem sacram, 6. eandem ita significet, ut quæ tunc geratur, 7. & ipsum Sacramentum ex vi sua efficiat, tandem, ut sit ceremonia religionis stata ac solennis, quæ hominem DEO consecret: Bellarminus requiri, eademq; in prædicta definitione contineri doceat: illa tamen octo requisita nondum ab Ecclesia approbata, imò quadantenus improbata sunt: ac proinde cauendum erat, ne quæstio per aliud incertum solueretur, nec ambiguitas per aliam ambiguitatem apud eos qui sensum habent, sed ex manifestis, consonantibus & claris.*

Iren. l. 2. c. 10.

Cypr. de bapt. Christ Papp. in August. Conf.

XVIII.  
*Ad perfectam enim Sacramenti constitutionem duo hæcenus Ecclesia tenuit: primum ritum, siue actionem quandam, & symbolum in sensus incurrens: deinde verbum, & mandati, & promissionis. Mandati, ut tali symbolo siue elemento utamur: promissionis autem, quod per eundem ritum Dominus velit esse efficax.*

Tr. 80. Ioh. & ser. de cathlyf. t. 9.

XIX.  
*Atq; ita intelligendum est illud quod Augustinus aliquo-*

aliquoties repetit: *Accedat verbum ad elementum, & fit Sacramentum, & ipsum tanquam visibile verbum.* 4. Sent. dist. 3. & 9. Sa-deel. art. 6.  
abiurat. ac resp. Burdegall fol. 427.

XX.

*Ad qua duo requisita pleraq; illorum octo referri poterunt: licet quaedam, ut primum & quartum, ex nomine: quaedam, ut quintum & sextum, ex scopo disputationis pateant: quaedam, ut septimum, impietatem: quaedam deniq;, ut secundum & octauum, incommoditatem quandam iunctam habeant.*

XXI.

*Nec enim totum Sacramentum oculis est expositum, & in sensus incurrit, sed actio tantum externa, & symbola: neq; vi sua hominem sanctificant, ut deinceps videbimus: nec temporis, lociue est certi Sacramentorum administratio.* D. Luth. disp. de v-tracq; ipet.

XXII.

*Causarum vero consideratio diligens & accurata instituenda: cum quod sua sic veris Sacramentis afferatur dignitas: tum quod falso assignatorum ac productorum inde ostendatur vanietas. Patebunt autem causa illa ex reliquis definitionis membris ordine.* CAUSÆ. Bellarmin9 Controu. 3. spet. c. 23, & seqq.

XXIII.

*Dicitur enim Sacramentum actio diuinitus ordinata, qua prima: & à CHRISTO institutore induc̄ta, qua secunda causa est: & quidem verè dicitur. Dubitantem Matthæum audire iubemus, qui de Baptismo à Christo instituto c. 28. concionatur: & c. 26. institutionem Cæne Dominice diligenter commemorat.* EFFICIENS.

XXIV.

*A qua Spiritus Sancti mente ne latum quidem unguem pia deflexit antiquitas, id studiosè sectata, quod*

B

Ignat.

Ep. 5. ad Phi- Ignatius professus erat: Clamaui voce magna inter eos  
ladelph. quibus loquebar: non meum sermonem, sed DE I profe-  
Ibidem. rens. Et: MIHI ANTIQVITAS IESVS CHR-  
STVS EST: cui non obedire manifestum ac irremissi-  
bilem idem pronunciat esse interitum.

XXV.

Q. 28. ad Hinc est enim quod Baptismatis exordium Christo  
Orthod. & Iustinus attribuit: Cyprianus ipsum Christum summum  
Orig. hom. Iustinus attribuit: Cyprianus ipsum Christum summum  
5. in Ios. t. 1. sacerdotem sui Sacramenti institutorem & autorem  
Ser. de ab- pronunciat: S. Hilarius cum Arnobio de veritate carnis  
lut. ped. & ac sanguinis Christi non relictum esse in Cæna ambigen-  
S. S. L. 8. de di locum ex ipsius Domini professione astruit. Et Cyrillus  
Trib. pag. Hierosolymitanus non aliunde, quam ex Christi ipsius per-  
134. in Psal. sona veram corporis Dominici in Cæna presentiam desu-  
Initio Cate- mit.  
chef. 4.

XXVI.

Tu quoq; notissime terrarum orbi Mediolanensis Ec-  
Aug. 5. cõ- clesia fidelis Antistes, qui Scriptorum inter Latinos flos  
fess. c. 13. t. 1 quidam speciosus enituiti, cuius pro verè catholica fide  
De gratia gratiam, constantiam, labores, pericula, siue operibus, siue  
Christi con gratiam, constantiam, labores, pericula, siue operibus, siue  
tra Pelag. 1. sermonibus Augustinus expertus est, & cum hoc non du-  
r. c. 43. t. 7 bitat orbis prædicare Romanus: Tu, inquam, hoc ipsum  
Contra Iul. intrepide etiam profiteris, cum inquis: Autor Sacramen-  
Pelag. 1. 1. c. torum quis est, nisi DOMINVS IESVS? De cælo ista  
7. & 1. 2. con Sacramenta venerunt. Consilium enim omne de cælo est.  
tra eundem L. 4. de Sacramen. c. 4.  
c. 3. t. 7.

XXVII.

Cui iunctissimus magnus ille Basilius haustam ex Scri-  
Basil. in ptura sancta, acceptam à Præceptoribus doctrinae purita-  
epp. Naz. tem, sanctè conseruauit, pariterq; autorem istum, qui  
ep. 20. 28. vitam nobis dispensat, Dominum agnouit. Quem cum  
Cent. 4. Ec- Nyssenus etiam, Gregorij frater germanus, tum quoad do-  
cles. c. 10. ctrina, tum quoad vitæ integritatem exæquarit: ean-  
col. 1169. dem  
Basil. in ep. ad NeoCæ-



dem illum cum eodem in hoc etiam articulo doctrinam professum esse dubium nobis non est: licet hic quoque humani quid, ut reliqui ferè omnes, aliquando, & quidem non semel, perpeffus sit.

S. c. 15 Ruffin. l. 2. c. 9. Libro. de creat. hom. c. 17, de lib. arb, c. 3, de vita Mofi &c.

XXVIII.

Exoptata hic simul foret Optati Mileuitani, qui eodem tempore, ut patet ex lib. 2. contra Parmenianum, floruit, comprobatio: nec ingrata eidem οὐχ ἄλλοις Gregorij Nazianzeni, quem Praeceptorem fuisse suum diuus gloria- tur Hieronymus, qua Baptismatis largitorem D E V M adorare se profitetur, attestatio, Epiphano etiam, eidem non prorsus ignoto, haud improbata: si quaedam tantum aliquorum, non omnia omnium testimonia proferenda, aut congerenda viderentur.

XXIX.

Ne quid tamen ad consensum desit, Chrysostomum adhuc producimus, & huic coetaneum D. Hieronymum, huiusque iterum amicissimum Augustinum, omnium verè διδασκάλων: qui ad Dominum & Apostolicam disciplinam nostra refert Sacramenta, & aliàs non raro perforatum I E S V C H R I S T I latus, unde Sacramenta nostra fluxerint, intueri nos iubet.

108. 118. c. 1. l. 3. de doct. Christ. c. 9. l. 2. c. tit. Pet. c. 24. I. contra Id. Sentent 328. t. 3. li. 15. C. D. c. 26. in Ps. 40. t. 8, tr. 9. & 15. symb. ad Catech. l. 2. t. 9.

XXX.

Verum enim vero quid opus nos prouehi longius: cum vel ex Aduersarijs nonnulli à C H R I S T O omnia Sacramenta instituta esse dixerint ac scripserint: licet ijdem distinguant, addendo: instituta quidem, sed quaedam magis necessaria, expressè & explicitè: quaedam alia figu-

B 2

rativè

far. Eustach. Ep. & homel. 3. Hexaem. L. de Spir.

L. 5.

in ep. adu. Ruffin. Iouin. Domn. in. pr. l. 3. comm. in Esaiam. Naz. orat. 2. in nat. Dō. Epiph. in Ancorato.

Homel. 2. in Ps. 50. t. 1. In ep. ad Ocecan. q. 2. ad Hedib. l. 2. in 13. Matth. t. 9. Aug. epp. Donat. c. 4. in Iohan. de

Tho. p. 3. q. 64 art. 2. Paludan. Antenin. p. 3. t. 14. 6. 5. Carrech. Rom. p. 2. c. 14.

ratiuè & implicite, promulgationem & expressionem  
Lib. 6. c. 2. maiorem relinquendo Apostolis: quod omnino Doctoreo-  
rundem subtilis in Theologica vanitatis compendio re-  
ijcit; non probat, nec tamen prorsus improbat putidus il-  
le Paludanus, omnia à Christo immediate instituta di-  
cens, licet non promulgata, nisi qua erant necessitatis.

XXXI.

Quod non ex fontibus Israelis purissimis, sed putidis  
L. 1. c. 24. Scholasticorum lacunis auide haustum, assumpsit. B E L-  
L A R M I N U S, ac Sacramenta quaedam à Christo qui-  
dem instituta, sed non promulgata, à CHRISTO EC-  
CLESIAE POTES TATEM IN stituendi Sa-  
cramenta datam esse, non minus impiè scripsit.

XXXII.

Nec ministros verbi ullius Sacramenti autores esse  
1. Cor. 4. 1. statuimus: eosdem ut Christi ministros, ac mysteriorum  
D E I dispensatores aestimantes.

XXXIII.

Non tamen solis tantum Ministris mysteriorum  
Christi dispensandorum potestatem adscribimus: sed sa-  
2. Cor. 3. 3. 1. cerdotium Noui Testamenti prorsus sine personarum re-  
Pe. 2. 5. 9. A- spectu regnare communiter in omnibus Spiritu solo cum  
poc. 4. 10. Spiritu Sancto, ac D. Luthero asserimus: non quod omnes  
20. 6. simul loqui, prophetare, Sacramenta administrare debere  
Lib. de ab- sentiamus: sed quod de potestate tantum, quam in  
rog. Missa. Nouo Testamento omnibus datam Christianis statuimus,  
t. 2. & ad Pra- loquamur,  
gēses de in-  
stituēd. Min  
t. eod.

XXXIV.

Aliàs verò in Ecclesia omnia honestè ac secundum  
1. Cor. 14. VI. ordinem fieri debere non ignoramus: at hoc ipso equali-  
Luther. t. 2. tas ministerij non tollitur, sed confirmatur: licet præter  
Iē. pa. 446. assignatam restrictionem aliam adhuc, necessitatis videli-  
Idini. ad  
Pra. Patri- cet ar-  
archa Con-

cet articulum, respiciendam & observandam esse, idq̄  
non tam in Cœna, quàm Baptismo locum habere monere  
soleamus.

stantinop.  
resp. 1. ad  
Tub. pag.  
77.

XXXV.

Neq̄ loca ista de Sacerdotio tantum spiritali, quo  
offerimus hostias spirituales, non autem de Sacerdotio  
quodam proprie sic dicto, quo offeratur sacrificium, pro-  
prie sic dictum, intelligi possunt: cum nullus amplius sa-  
crificiorum oblationi in Novo hoc Testamento locus sit:  
quod CHRISTVS semel passus ac mortuus, semel etiam  
seipsum obtulerit, tradideritq̄ victimam DEO in odo-  
rem bonæ fragrantia, & omnia consummauerit.  
Eph. 5, 2. Iohan. 19, 30. Hebr. 10, 14.

Bellarmin. l. 1.  
c. 25.

1. Pet. 3, 18.  
Rom. 6, 10.  
Heb. 7, 27 9  
12, 26, 28. VI.

XXXVI.

Neq̄ in Testamento veteri sic ad Aaronis familiam  
alligata erat prophetia, ut nunquam etiam alij in po-  
pulo DEI prophetare liceret: quod cum ex verbis Mosi,  
tum ex 72 Seniorum, Saulis, seruumq̄ eius, & aliorum  
plurium exemplis apparet: quamuis hæc extraordinaria  
quodammodo fuisse nos non lateat.

Num. 11, 29.  
Cyrill. in Io.  
l. 12. c. 56.  
1. Sam. 10,  
11, 19, 20, &  
seqq.

XXXVII.

Et David in Ecclesia magna se DEVM laudaturum,  
Dominum in eadem confessurum, & iniquos vias Domi-  
ni docturum pollicetur: quem tamen Regem, non Sacer-  
dotem Altissimus elegerat. Quinimò donum illud Pro-  
phetia omnis generis hominibus post Christi aduentum  
se collaturum IEHOVA contestatus est.

Pf. 22, 26, 35,  
18, 51, 15, 17.  
1. Sam. 16, 13.

Ioel. 2, 28.  
Act. 2, 17. &  
seqq.

XXXVIII.

Hac quæ de causa Sacramentorum efficiente alla-  
ta sunt, pietatem ac reuerentiam, eandemq̄ non fictam,  
in animis nostris excitabunt: dum enim Sacramenta  
violantur ipse cuius sunt Sacramenta violatur: nec di-

VSVS DO  
CTRINÆ  
HVIVS.  
Hieronym.  
in Mal. c. 1.  
pag. 130. A.

Aug. l. 4. cō cenda est vltimo modo cordis ad D E I M conuersio, cum D E I  
tra Donat. Sacramentum contemnitur: dubitationes omnes tollent:  
de Bapt. c. ac nugis Pontificijs opponi tuto poterunt.  
25 lib. de Ca techis. rud. c. 26. l. 19, contra Faustum c. 12. 16.

XXXIX.

Iustin in Nihil hic sibi Ecclesia, nihil Papa, nihil consuetudo,  
Tryphone. nihil Concilia, nihil traditiones hominum, cisterna sine  
Tho. p. 3. aqua, nihil etiam Ministri, aut horum intentio, nihil,  
q. 60. inquam, quicquam intentio faciendi quod facit Ecclesia  
sibi sumere poterit.

XL.

Luth. in ca- Nec enim Ministri intentio Sacramentum facit in-  
ptiu. Bab. c. tegrum: nec apud Ecclesie alumnos humanis traditioni-  
de Bapt. Au bus res diuinae examinande, sed iuxta spiritualem do-  
gust. l. 3. de trinam sermones faciendi: cum arma nostra diuinitus  
Bapt. c. 10. valida sint, & ad subuersionem munitio-  
Sadeel. de rum, ratiocina-  
Sacra. ma d tiones euertendo, omnemq; sublimitatem, qua sese extol-  
pag. 264. lit aduersus cognitionem D E I: & in captiuitatem re-  
Matth. 15. 9. digendo omnem cogitationem ad obediendum Christo, ac  
Iustin. in paratam habendo, quo vindicetur omnis contumacia.  
exp. fid. Au gust. contra Fulg. Donat. 2. Cor. 10. 4. 5. 6.

XLI.

Aug. ep. Conciliorum vero licet magnam ad haereses confu-  
118. ad lan. randas auctoritatem fuisse non negemus: praestat tamen,  
l. 1. de Bapt. vt Scripturarum auctoritatibus, non Conciliorum, res cum  
paru. c. Do- re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet: cum  
nat. c. 18. A- non pauca a via veritatis deflexerint.  
thanaf. in ep. de syno do Arim. & Sel. Aug. con. Maxim. Arrianor. Ep. l. 3. c. 14. t. 6.  
Luth. disp. de Concil. th. 15. t. 1. len. pag. 515. & t. 2. L. 1. pa. 282.

XLII.

Veritati autem & rationi, imò auctoritati verbi  
L. 1. de Sa- D E I consuetudinem praferendam statuit nemo, nisi qui  
eram, c. 16. sit insigniter impudens, excors, & vesanus: qualis Bellar-  
minus

minus etiam est, consuetudinem ipso DEI verbo clario-  
rem esse impudentissime cum Concilio Constantiensi bla-  
terans: cui quod opponamus ut non desit, labore tamen  
hoc, cum quod victoria aduersus tales sit sententia illo-  
rum manifestatio: tum quod CHRISTVS VERI-  
TATEM SE DIXERIT, NON CONSVETV-  
DINEM, supersedebimus.

6. Aug. de Bapt. paruul. vide eund. ad Casulan. Presb. ep. 88.  
Bapt. l. 1. ad inquis. lan. c. 4 &c:

XLIII.

Quid verò Pontificem moremur, blasphemum, à Sa-  
rana excitatum, caput se Ecclesie jactantem: quæ tamen  
Ecclesia non condit articulos fidei, tantum verò docet ac  
admonet.

XLIV.

Cui propter verbum DEI credendum est, cum vide-  
licet admoniti ab Ecclesia, intelligimus hanc sententiam  
verè & sine Sophistica in verbo DEI traditam esse.

XLV.

Causa Sacramentorum materialis sunt duæ res: cæ-  
lestis, ac terrena: illa bona sunt cælestia, quæ DEVS no-  
bis dispensat: hæc certa quadam visibilia signa seu, ele-  
menta.

XLVI.

In omni enim promissione sua DEVS solitus est fe-  
rè adijcere signum aliquod, seu monumentum, seu memo-  
riale promissionis suæ, quò fidelius seruaretur, & effica-  
cius moneret: quomodo Noe arcum in nubibus, Abrahæ  
circumcisionem, Gedeoni vellus aridum ac roridum, A-  
chabo etiam aliquod pro vincendo Rege Syriæ ac Samaria  
obtulit; ne huc Ezechiam aduocemus, agnum Paschalem,  
typum Christi, ad occisionem ducendi, & immolandi.

Sic &

Luth. t. 1.  
Lat. len. fol.  
511. Tubin-  
genf. ad sec.  
Patr. resp.  
fol. 311.  
Ire. l. 1. c. vlt.  
adu. hæc.  
Val. lo. 14,  
lib. 2. de vn.

Hasenmull.  
c. 10. hist. le-  
suis.

D. Phil. lib.  
de Ecclesia  
t. 2. op. pag.  
124.  
MATERIA  
LIS.  
Iren. l. 4. c.  
34. Sadeel.  
contra But-  
degall. pag.  
929.

Luther. t. 2.  
L. len. fol.  
263. 277.  
Gen. 9. ib.  
17. Rom. 4.  
Iud. 6. Esa. 7.  
38. Ex. 12.  
Esa. 53. 1.  
Cor. 5.

XLVII.

Matth. 26.

*Sic & in Sacra Cœna adiecit signum memoriale tantæ promissionis, panem & vinum: quæ sunt corpus, ac sanguis Domini.*

XLVIII.

Ioh. 3. Matt.  
28. Tit. 3.

Luth. in

*Sic in Baptismo adiecit signum meritionis in aquam: qua regeneratio, & saluificatio hominis damnati peragitur.*

præ lud. captiu. Bab. fol. 264. t. 2. L. I.

XLIX.

VSVS.  
Psal. III, 1.  
& 8.

*Pro quo summo misericordissimi DEI beneficio grati sumus Domino, dicentes: Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in concilio iustorum, & congregatione. Redemptionem misit populo suo, & mandauit in æternum Testamentum suum.*

L.

FORMA-  
LIS.

Apoc. 20,  
8. Irē. l. 1. c.  
18. Tertull.  
l. de Baptif.  
Cypr. in ep.

*Causa formalis ipsa est CHRISTI institutio ac ordinatio in verbo comprehensa, & ab ipsius Ministris obseruata & explicata: sine qua tantum abest vt Sacramenta consistere possint, vt etiam nihil quicquam, eidem repugnans, vel addendum, vel detrahendum sit.*

ad Iubaian. Aug. l. 6. contra Donatt. c. 25.

LI.

Bellar. l. 1.  
de Sacram.  
c. 19. & 20.

*Ociosa igitur est ac odiosa ista Controuersista de verbo consecratorio contra Calvinum instituta disceptatio: quæ non tam acuta, quàm friuola & impia est.*

LII.

Pag. 76. 77.  
to. 2

*Nec enim Calvinus tantum hac in parte aggrediendus, sed CHRISTI etiam institutio deprauanda, huiusq; ratio ex traditione & usu Catholica, vel potius Cæcolyce Ecclesie deducenda, Apostolos in nomine IESU CHRISTI miracula non edidisse mentiendum: quini-  
mò for-*

mò formam celebrandi Baptismi non ex sola Scriptura, sed ex Scriptura, adiuncta Ecclesia explicatione ac praxi, certò colligi posse, impiè asserendum videbatur.

LIII.

Finalis causa dupliciter consideratur; vel respectu DEI, vel nostri. Illud curiosius disquirere nostrum non est. Fecit autem ideò fortassis hoc sapientissimus DEVS, ut signa ista externa sensus mouerent nostros efficacius: quod causa videtur impulsiva habere speciem.

FINALIS.  
Cate. Rō.  
parte 2. c. 2.  
Chryf. homel. 60. ad pop. & 83. in Matth.

LIV.

Nostri verò respectu fines plures annotari poterant: ex quibus tamen precipui sunt, 1. ut nos fœderis DEI admoneant: 2. de promissionibus diuinis confirmarent: & salutem nostram obsignent: cum non sint nuda symbola, sed organa salutis inter fideles, quos etiam ab infidelibus distinguunt. 3. ut fidem ac spem aliant, aliasq; virtutes in nobis excitent: & non pauci alij.

Gē. 17. Ex. 12. Luc. 22. 1. Pet. 3. Rom. 4. Iustin. in Tryphone. Gē. 34. 1. Sam.

17. Chrysoft. homel. 39. & 83. in Gen. Marlorat. in Loec.

LV.

Quòd autem Chemnitium ex Luthero, disertis verbis, nullam partem justificationis ad Sacramenta pertinere, aliquoties professo, hic urget Romanensis: perfidia se turgere ostendit.

Luth. 1. de capt. Bab. assert. 1. art. & libro cō-

tra Cochlaeum. Bellarm. 1. 1. de Sacram. c. 22.

LVI.

SANCTVS enim LUTHERVS cum scripsit: Baptismum neminem justificare, nec ulli prodesse: hoc de Baptismo sine fide tum scripsit, quod quidem ex consequentia positarum vocum intelligimus.

De capt. Babyl. Iustin q. 57. ad Orthod. Aug. 1. 3.

contra vniu. Petil. scr. c. 17. Hil. 1. 1. 2. 9. &c; de Trin.

C

Sic

LVII.

Pag. 170. b. Sic namq; habent verba precedentia: Nisi hæc  
 ad sit, aut paretur fides, nihil prodest Baptismus, imò ob-  
 Pag. 272. b. est. ET: NON Sacramentum, sed fides Sacramenti  
 justificat. Sequentia verò sunt: Ita nec verum esse  
 potest, Sacramentis inesse vim efficacem justificatio-  
 nis. Hæc enim omnia dicuntur in jacturam fidei, ex  
 ignorantia promissionis diuinæ: nisi hoc modo effica-  
 cia dixeris, quòd, si adsit fides indubitata, certissimam  
 & efficacissimam gratiam conferant.

LVIII.

Aug. l. 13. Euenitq; Antagonista huic nostro idem quod Per-  
 contra Fau- dici. Ut enim Perdi & nimis contentiosum animal ma-  
 stum Ma- gna auiditate in laqueum currit: sic ille, ut & omnes  
 nich, cap. 8. Heretici, contentionis studio, non disputare amantes,  
 sed quoquo modo superare, impudentissima peruicacia  
 quæ non pepererunt congregantes, in laqueos incur-  
 runt.

LIX.

EFFE- A causarum consideratione ad effectus Sacramen-  
 CTVS. torum digredimur. quos Bellarminus fuse satis ac suo  
 BELL. cõ- quidem iudicio benè ac plenè persecutus est: ostenso  
 trou. 4. spe primùm, Sacramenta ex opere operato conferre grati-  
 tiali, l. 2. am: tum probato, Sacramenta veteris Legis non con-  
 tulisse gratiam ex opere eodem: tandem asserta cha-  
 racteris in animam per noua Sacramenta impressione.

LX.

Tertull. l. 1, Quod verò Tertullianus in aciem disputationis pro-  
 c. 5. & 6. adv. diens in usu habebat, ut nimirum summam quæstio-  
 Marc. nis certis lineis delinearet, & gradum conferret, ne  
 Hilar. l. 8. extra rem ipsam vagari liceret: idem etiam nos fa-  
 de Trin. pa. ciemus, ac primùm omnium proponemus nostram, hoc  
 1 29. Sadeel  
 cõtra hum. est Ec-  
 trad. c. 1.



est Ecclesia DEI, ex verbo DEI reformata, de his effectibus sententiam, qua est eiusmodi: Sacramenta caelestia illa bona in verbo nobis proposita, nobis exhibere & obfirmare, atque ita ducere nos ad CHRISTVM, ad gratiam DEI, ad efficaciam Spiritus Sancti: si nimirum accedat FIDES, qua non quaerit, aut respicit aliquam virtutem seu efficaciam inherentem ipsis externis Sacramentorum elementis: sed in promissione, qua annexa est Sacramento, quaerit, apprehendit, & accipit gratiam PATRIS, meritum FILII, & efficaciam SPIRITVS SANCTI.

LXI.

Hinc nostram sententiam confirmamus: quod Baptismus sit lauacrum aquae in verbo, regenerationis ac renouationis Spiritus Sancti, & stipulatio bonae conscientiae erga DEVM, per resurrectionem IESV CHRISTI a mortuis, secundum promissionem: Feriam vobiscum pactum sempiternum: quodque in nostro etiam Baptismo, ut in CHRISTI ipsius, Sacrosancta TRINITAS praesens sit, ac operetur regenerationem, abluat ac mundet nos à peccatis: cum Baptismus non sit sordium carnis depositio, sed lotio à peccatis nostris facta à Christo, ad sistendos nos SIBI, Ecclesiam videlicet gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, sed sanctam & inculpatae: qui accedimus jam cum vero corde, & certa persuasione fidei, aspersione purgatis cordibus à conscientia mala, & abluto corpore aqua pura, tenemus spei nostrae confessionem non vacillantem: cum in nomine IESV CHRISTI, in remissionem peccatorum baptisati simus: quod tandem in sacra Eucharistia bibamus sanguinem CHRISTI, fusum pro nobis in remissionem peccatorum.

Eph. 5, 23.  
tit. 3, 5. 4.  
Pe. 3, 21.  
Esa. 59, 21.  
Matth. 3, 16.  
17. 28, 19.  
Tit. 3, 5. Ioh. 13, 8. Eph. 5, 27. 1 Pet. 3, 21. Apo. 1, 5. Eph. 5, 27. Heb. 10, 22. 23.  
Act. 2, 38.  
Matth. 26. 8. Lu. 22, 20.  
Vide etiam Augu. l. 19. contra Fau. stum. c. 11: 13, 16, &c.



Luther. in  
Catechesi  
paru. de Sa-  
cram. alta-  
ris.

Aug. l. 3. de  
Bapt. con-  
tra Dona-  
tistas c. 14.  
& epp. 84.  
152. 162. 163.  
contra Cre

LXII.  
*Sed tamen & fides accedat necessum est: non  
quidem quoad integritatem Sacramenti, sed quoad  
salutarem eiusdem usum.*

LXIII.

Aug. l. 3. de  
Bapt. con-  
tra Dona-  
tistas c. 14.  
& epp. 84.  
152. 162. 163.  
contra Cre

*Non enim interest cum de Sacramenti integri-  
tate tractatur & sanctitate, quid credat, & quali fide  
imbutus sit ille qui accipit Sacramentum. Interest  
quidem plurimum ad salutis viam, sed ad Sacramenti  
questionem nihil interest.*

Icon. Gr. l. 1. c. 25, tract. 62. in Iohan.

LXIV.

Boq. in no-  
tatione bre-  
ui præci-  
puarū cau-  
satum diu-  
turnitatis  
tech. par.

Vide apol.  
Aug. Conf.  
t. de Sacri-  
ficio.

*Quod Boquino etiam, id quod LUTHERVS de  
usu: Hoc verbum pro VO BIS requirit omnino corda  
credentia: & quidem saluari, asseruit, ad substantia-  
lia detorquenti, opponi queat.*

controuersie de cœna Domini fol. 170. 171. Luther. in Ca-

LXV.

*At Pontificiorum sententia hæc est: Conferre Sa-  
cramenta gratiam ex opere operato, vel sine motu bo-  
no utentium: quam si Bellarminus asserit, peccatum  
extremum, et virtutem summam, in eodem genere op-  
posito, in vno homine collocabit, impios CHRISTI  
etiam gratia ac beneficiorum participes fieri affirma-  
bit, fenestram deniq; ad nequitiam hominibus ape-  
riet.*

LXVI.

Lib. 2. de  
Sacram. c.  
25.

*Sin verò non: iam à perpetua omnium suorum  
Theologorum, quos Concilio aequat, sententia defecit.*

LXVII.

*Sin autem Sacramenta veras esse causas gratia  
instrumentales serio profitetur: non multum hic cum  
eo digladiabimur. Illud tamen monemus: nullam in  
hac*

hac sententia fidei mentionem fieri, & gratiam DEI  
omnino his Sacramentis alligari: quorum utrumque  
cum iactura veritatis & pietatis grauisima asseritur.

LXVIII.

Cumque in sequentibus D. Luthero, Philippo,  
& alijs, fidem promissioni inhaerentem requirentibus,  
magno Spiritu contradicat: patet inde, Doctorem hunc  
Pseudocatholicum, sine fide etiam homines DEO pla-  
cere posse, nolentem volentem largiri oportere.

L. 2. c. 11.  
Contra Sp.  
S. Heb. 11, 2.  
Rom. 14, 11.

LXIX.

Impia quoque ista est sententia ad usum non re-  
quiri promissionem, sed ad institutionem: cum hac u-  
sum spectet, & afflicta, inque mærore constituta con-  
scientia, in ipso usu vel cum primis institutionem ac  
promissionem respiciat. Cui simile est & hoc, quod Eu-  
angelij vocabulum in illo Pauli: Euangelium est po-  
tentia DEI ad salutem omni credenti: non de doctri-  
na, sed mysterijs, ut incarnatione, passione, Sacra-  
mentis DOMINI accipiendum esse monet. Noua sunt  
hæc quæ dicit, mira sunt quæ dicit, falsa sunt quæ di-  
cit: noua cauemus, mira stupemus, falsa reijcimus:  
presertim cum non de Scripturis, sed corde suo hanc di-  
stinctionem proferat.

Bellar. ib.  
Rom. 1, 16.

Aug. l. 3.  
contra Iul.  
c. 3.  
Id. contra  
Petil. de un.  
bapt. c. 14.

LXX.

De Sacramentis autem veteris ac Noui Testa-  
menti id precipue obseruandum: In illis Christi cor-  
pus ac sanguinem varijs modis tantum figurata, signi-  
ficata, & adumbrata fuisse, sicut Agnus ab origine  
mundi occisus esse dicitur. Postquam verò ΛΟΓΟΣ  
incarnatus est, per Sacramenta Noui Testamenti  
Christum figuras & umbras tales planè abrogasse, & Ec-  
clesia sua corpus & substantiam dedisse, quæ in Sacra-

Catech Ro.  
p. 2. c. 9. D.  
Eder. in  
partit. Cate.  
Trid. tab. 31  
Szegedin.  
in locis pag.  
164. Schluf-  
felburg. Th.  
Calv. art.  
17. p. 1.

Apo. 5. *mentis veteris Testamenti non fuerunt: licet alia*  
 Heb. 10. *quoq; eorundem, à forma externa, quæ in veteri mi-*  
 Col. 2. *nus certa: à numero, quod in nouo contractiora: faci-*  
 Aug. ep. 118 *litate & nobilitate, quæ in nouo maiora: & à duratio-*  
 ad Ian. l. 3. *nis tempore, sumi possint discrimina.*  
 Ch. c. 9. l. 19. *contra Faustum c. 13. & in l. 1. 73.*

LXXI.

Bellarmin. *Quod verò ne ista quidem veteris Testamenti*  
 l. 2. c. 12. *Sacramenta ex opere operato justificarint, jam ex præ-*  
 Rom. 4. 1. *cedentibus constat: cum ne de nouis quidem id pie di-*  
 Cor. 10. He. *ci possit: licet eadem fide suis quoq; antiqui illi signis*  
 11. Luth. in *inhaerint, ac præcipue quidem illis, quæ non tantum*  
 capt. Babyl. *significatiua, sed suo etiam modo exhibitua fuerunt.*  
 Chemnitio *p. 2. exa. fol.*  
 15.

LXXII.

CHARA- *Tandem de charactere commentatur, eundemq;*  
 CTER. *signum aliquod spirituale, animæ in quibusdam Sacra-*  
 Bellar. l. 2. *mentis indelebiter impressum, vitiose definitum, ex-*  
 de Sacram. *Scripturis, non nudis, sed adiuncta explicatione Pa-*  
 c. 18. 19. 20. *trum & Ecclesiæ, sine qua nullum dogma Ecclesiasti-*  
 21. & 22. Ca. *cum omnino certum statui possit, rationibus quibus-*  
 tech Rom. *dam defendere nititur, sed frustra.*  
 p. 2. c. 19.

LXXIII.

1. Cor. 1. E- *Quibus enim verbis SPIRITVS SANCTVS*  
 phes. 1. & 4. *de donis suis nos erudit, hac impie ac imperite, tacere*  
 Aug. con. *erubescens, at inania loqui non erubescens, ad chara-*  
 ep. Petil. c. *cterem transfert: quæ de testimonio, Spiritui nostro*  
 16. *ab eodem Dei Spiritu in cordibus nostris dato, et uitas*  
 A. l. 20. cõ- *recte intellexit, characteri applicat. Hæc vana sunt,*  
 tra Faustū *hæc falsa sunt, hæc nulla sunt, hæc noua sunt, quæ*  
 c. 9. Ambr. *CHRISTVS non docuit: Nos autem noua omnia*  
 l. 3. de velad *quæ CHRISTVS non docuit jure damnamus, & so-*  
 virgin, fol. *lam, ut antea, sine exceptione audiendam antiquita-*  
 14. 10. 1. *tem*

tem IESVM CHRISTVM cum Ignatio agnosci-  
mus, illamq; ab Apostolis cum Ireneo requirimus, qui Lib. 3. c. 4.  
hac usquam tradidere.

LXXIV.

Sacramenta vero tantum duo agnoscimus: Bap-  
tismum, & Cenam Domini: haec enim à CHRISTO in-  
stituta esse, ex sacris literis nouimus. Et haec proprie Sa-  
cramenta dicuntur: quod externa habeant elementa,  
à CHRISTO ad illum usum ordinata: promissiones  
de remissione peccatorum, & vita aeterna annexas. I-  
taq; his duobus Sacramentis nostra fides tuto inniti po-  
test.

gog. Ambros. de Sacram. Aug. ep. 118. de doct. Chr. l. 1. c. 9.  
capt. Babyl. Tubingenses resp. ad 3. Patriarchæ resp. pag. 374.  
9. abiurat. ac resp. pag. 426.

NVM E-  
RVS SA-  
cramentorū.  
Iustin. in a-  
pol. Tertul.  
l. 1. & 4. cō-  
tra Marc. &  
de corona  
milit. Cyril.  
in Mysta-  
Luth. de  
Sadeel art.

LXXV.

Cumq; ista promissione gratiae singulis applicata Sa-  
cramentum aliquando desiniretur: absolutio quoq; ta-  
met si ritum nullum diuinitus institutum haberet, Sa-  
cramentum appellata est. Quo sensu apologia Confessi-  
onis Augustanae tria concedit esse Sacramenta, & in hoo-  
rum ordinem absolutionem quoq; recipit. Sed postea o-  
stendit: Si omnes res annumerari Sacramentis debe-  
ant, quae mandatum DEI habent, & quibus promissi-  
ones additae sunt, orationem quoq; eleemosynas, affli-  
ctiones, omnes hominum status, atq; conditiones, à DEO  
institutas & comprobatas, Sacramentorum loco ha-  
bendas esse.

Art. 13.

LXXVI,

Quod autem numerum Sacramentorum septena-  
rium nobis obijciunt Romanenses cum alijs quibusdam  
Schola-

Bellarmin.  
cōtrou. 5. sp.  
tiali, l. 2. c. 23.  
& seqq. Ca-

tech. Rom. Scholasticis Doctōribus, eundemq̄, ex Scripturis, Conci-  
p. 2, c. 11, lijs, Doctōribus, & quibusdam congruentijs se confir-  
Cōstātinō - maturos pollicentur, si prestare possint, videamus.  
politani fol.  
77.31, acto-  
rum, etc.

LXXVII.

Gerl. to. 2. Ac de Baptismo quidem & Eucharistia utrinq̄  
BAPTIS- constat: Confirmationem verò à CHRISTO insti-  
SMVS. tutam non esse, nec ab Ecclesia nova columnis latam,  
COENA. sed in Concilio Meldensi promulgatam Alexander scri-  
CONFIR- psit. Quam ut inter Sacramenta diuinitus institu-  
MATIO. ta numeremus, nullam causam inuenimus: nec ver-  
p. 2. 24. q. bum. Satis igitur est pro ritu quodam Ecclesiastico, ac  
membro 1. temporalis primæ Ecclesiæ dono, in impositione ma-  
Luth. in ca- nuum consistente, sumi: occurrendumq̄ Pontificijs  
ptiu.  
Matth. 15. CHRISTI mandato: Frustrà colunt me, docentes  
Tit. 1. doctrinas et mandata hominum, auertentium se à ve-  
ritate; ac in huius locum substituendum & conser-  
Heb. 5. & 6. uandum in Ecclesia pium, necessarium, ac utilissimum  
iuuentutis in Catechesi examen, ut his, quibus lacte,  
Pf. 33, ac fundamento opus est, dicatur: Venite filij, audite  
me, timorem Domini docebo vos, ad mandatum Do-  
mini Deuteronomij 6. Prasertim cum donum illud  
jamdudum cessauerit.

LXXVIII.

L. 2. c. 24. de Sed & Bellarminus agnoscit institutionem ac  
Confirma- mandatum tale non haberi expresse de hoc Sacramen-  
tione. to in Scripturis, colligi verò ex locis quibusdam: quòd  
Act. 8. 19. Apostoli nunquam ita ordinariè imposituri fuissent  
manus ad gratiam SPIRITVS SANCTI commu-  
nicandam, nisi Dominus id præcepisset: quòdq̄ ad hu-  
manas ceremonias non sequatur gratia. Quorum il-  
lud ut confessum & concessum sumimus, & confiden-  
ter assumimus: Ad legem, & ad testimonium. Ex-  
Esa. 8, tat,

*tat, extat, inquam, autoritas diuinarum Scriptura-*  
*rum, unde mens nostra deuiare non debet, nec relictò*  
*solidamento diuini eloquij, per opinionum suarum ab-*  
*rupta precipitari, ubi nec sensus corporis regit, nec*  
*perspicua ratio veritatis elucet. Hoc verò SPIRITVS*  
*SANCTI donum non ad impositionem manuum*  
*simpliciter, sed ad preces ex vera fide profectas, in eos*  
*quibus manus impositæ, conferebatur, ut constat ex hi-*  
*storia filiorum tonitruui Apostolica.*

Esa. 8. 3.  
 Aug. l. 3. de  
 Trin. c. 11.

Marc. 3.

LXXIX.

*Ineptè etiam satis Romana κατήχησις, vel potiùs*  
*σύγχυσις: Confirmationis virtute fit, ut diuina gratia*  
*augeamur & robaremur: Baptizatis enim jam Apo-*  
*stolis, ut D. Augustinus testatur, inquit Dominus:*  
*Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.*  
*Aptè verò à baculo ad angulum. Discipulos in verita-*  
*te & constantia resurrectione Domini, ac SPIRITVS*  
*SANCTI aduentu visibili confirmandos fuisse di-*  
*cit Augustinus, vel etiam CHRISTVS: Ergò Confir-*  
*matio est Sacramentum. Quidni sic etiam ipse Spiritus*  
*Sanctus?*

Parte 2. c.  
12.

Epi. 308.

LXXX.

*In Pœnitentiæ Sacramento nullum visibile ele-*  
*mentum, quod à CHRISTO ad Sacramenti huius*  
*actionem ordinatum sit, & quale necessariò ad sub-*  
*stantiam ac definitionem Sacramenti requiritur: nul-*  
*lam quoq; promissionem, ritui impositionis manuum,*  
*in absolute vsitato, annexam, monstrare possunt:*  
*licet propter singularem promissionis applicationem*  
*Sacramentum quandoq; à nostris nuncupata sit.*

POENI-  
 TENTIA.  
 Lut. Chén.  
 locc. citt.  
 Hasenm. c.  
 15. doct.  
 Iel.  
 Loco ci-  
 tato.

LXXXI,

Et quis neget egregiam hanc Doct̃oris Catholici Bellar. l. 2.

D

con-

c. 24.  
Iohan. 20.  
2. Cor. 5.

consequentiam: CHRISTVS dicit: Sicut misit me Pater, sic & Ego vos: & Apostolus: DEVS dedit nobis ministerium reconciliationis: Pro CHRISTO legatione fungimur: Ergo Pœnitentia est Sacramentum. Quasi verò dicta illa non de tēto ministerio principaliter accipienda: &, ut maxime ad promissionem dicti Sacramenti pertinerent, non etiam præterea certum externum elementum, aut ritus etiam diuinitus mandatus requirendus esset.

LXXXII.

Lib. 1. de  
Pœnit. c. 7.  
t. 1.

Ambrosius verò qui adducitur, sanè nomine Sacramenti in textu non utitur: & si maxime uteretur, in latiori tamen, non stricta id fieret significatione. Præterea disputat ibi non tam Pœnitentiam esse Sacramentum, quam per Absolutionem etiam remitti peccata: & quidem contra Novatianos, lapsis veniam impiè negantes.

LXXXIII.

L. 12. in Ioh.  
c. 56. ad fi-  
nem t. 1.

Nec sequitur: Cyrillus reconciliationem pœnitentium Baptismo comparat: Absolutio igitur similiter est Sacramentum. Ostendit enim peccata per Apostolos remitti duobus modis: primùm Baptismo, deinde pœnitentia: & malè ex una conuenientia eadem vtriusq; aëruitur hac in parte conditio.

LXXXIV.

L. 5. de Ba-  
ptif. c. 20.

Idem in Pf.  
46.

Similiter egregiè mentitur (utar verbo ipsi trito) Bellarminus, Augustinum numerare cum Baptismo, Eucharistia, & confirmatione, etiam reconciliationem per manus impositionem l. 5. de Bapt. c. 20. Nec enim vel hylum, aut iōta etiam ibi reperio. Quòd autem in Psalmum 46. reconciliationem Sacramentum nominat, facit latiori in significatione, non stricta ac propriissima.

De



LXXXV.

De unctione autem extrema res plana est, eam nihil esse aliud, quam magicum quendam lusum, peruersam superstitionem, tetramq; in CHRISTI meritum blasphemiam. Si enim extrema unctio tollit peccata, purgat a macula, captiuos ducit malos Spiritus: ad quid sanctum IESU CHRISTI meritum, & officium?

EXTREMA VNCTIO. Hasenmul. c.9. doctr. les. Vide Szegedin. in summa doctrinae Pontificiae pag. 48.

LXXXVI.

Et cui quaeso recte ex sacris instituto ignotum esse queat, unctionem externum fuisse sanationis symbolum, ac donum peculiare in primitiva Ecclesia: quod nunc una cum reliquis miraculis cessat: agnoscitq; vera IESU CHRISTI Ecclesia unctionem aliam hac nobiliorem, de qua S. S. Vnxit te DEVS, o DEVS tuus, oleo letitiae pro consortibus tuis Psal. 45. & alibi.

Marc. 6. Iac. 5. Psalm 45.

LXXXVII.

Sed & ipse Bellarminus clypeo suo abiecto, sumtaq; levi armatura in certamen hic prodit, munitus tantum tribus socijs, Iacobo, Innocentio, & Bernhardo. Quorum primus Bellarmino adversus est (ad orationem enim, non unctionem infirmi sanati sunt) alter nullius fere pretij: tertius, quia unus ac solus, in hac palaestra nullus: praesertim cum hostium in certaminibus veritatis impetum sustinere non possit, ipsiq; etiam Bellarmino sit contrarius, dum non tam pro unctione, quam deprecatione, ut Sacramento valentissimo, & alijs pluribus, decertat.

Iac. 5. Innocent. i. ep. i. ad Decent. c. 8. Bernh. in vita Malachiae,

LXXXVIII.

Plures quoq; alij huic adversantur, qui partes eius non fovent, quas tamen fovere debebant. Ita enim quidam illorum: Non est Sacramentum necessitatis extrema unctio:

Vendelinus Steinbach. in supplemento. quia Gabr. dist.



23. q. 1. art. 2. concl. 1. Papp. in Aug. Conf. Aug. cōtra Fulgēt Donat. c. 7. quia sine ea potest esse salus: ut rectè cum Augustino, Apud nos veritatem regnare, apud illos traditionem discordare exclamemus.

LXXXIX.

Luther. de captiu.

Ordinis verò Sacramentum Ecclesia CHRISTI similiter ignorat, inventumq; est ab Ecclesia Papæ. Non enim solum nullam habet promissionem gratiæ, ullibi positam, sed ne verbo quidem eius novum meminit Testamentum. Non quòd damnandum censeamus hunc ritum: ritum enim esse quendam vocandi alicuius ad ministerium Ecclesiasticum facile concedimus, per multa secula celebratum: sed quòd in rebus sacris nolimus humana commenta fingi, nec liceat astruere aliquid divinitus ordinatum, quod tale non sit, ne ridiculi simus Adversario: conandumq; sit, ut certa & pura nobis sint omnia, clarisq; Scripturis firmata, quæ pro articulis fidei iactamus id quod in presenti Sacramento præstare ne tantillum quidem possumus. Licet hic etiam ad explicandum Augustinum distinctio vocabuli Sacramenti multoties indicata repetenda sit.

X C.

CONIV-  
GIV M.  
Gen. 2.  
Hafenmull.  
1. cit.

Coniugium confitemur esse ordinem ac statum sanctum, piuum, & à DEO institutum, in hunc finem, ut propagatione generis humani legitima terra repleatur, Ecclesia amplificetur, fornicatio vitetur, & vitæ humana societas conservetur: at Sacramentum propriè esse nemo dixerit: cum, quòd elemento careat: tum quòd promissione gratiæ divini de remissione peccatorum destituatur.

X C I.

Bellar. l. 2. c. 2. c. de matrimonio.

At dicunt: Habemus ipsum nomen Sacramenti Eph. 5. Verùm hoc argumentum magnæ est oscitantia, & in- diligentis inconsultæq; lectionis: cum hic Sacramentum ex- plice-

plicetur per mysterium, id est rem secretam & magnam, Luth. 1. cir.  
& Sacramentum in CHRISTO, non in matrimonio intel-  
ligendum esse pateat.

XCII.

A Scripturis ad Concilia se confert Iebusita: & pri- Bell. 1. 2. c. 25.  
mum omnium Theologorum, ac proinde totius Ecclesie ab  
annis CD: quod Magister Sententiarum, & omnes inde  
Theologi septem Sacramenta tradiderint. Atqui si Lombardus  
hic autor est extra iudicij aleam positus, cur tam fre-  
quentia sunt hac in illo marginalia: Hic Magister non te- Ioh. 5. Luc.  
netur: Et an non CHRISTVM potius, ad Scripturas nos 24.  
remittentem, quam duo Conciliabula, Florentinum ac Tri-  
dentinum, traditiones preferentia, audiemus?

XCIII.

Congruentiarum verò, quas varias commenti sunt, ca- Bell. 1. 2. c.  
talogum ac refutationem institui, nec necessarium, nec u- 26.  
tile est: cum nullus Matæologorum istorum fundamenta illi Papp. in  
la esse ac demonstrationes dixerit. Si tamen isto modo ar- Aug. Con-  
gumentari licet: quare non unum Sacramentum faciunt, fess.  
quia unus est CHRISTVS: aut duo, quia duo sunt Testa-  
menta: aut tria, quia tres sunt personæ Divinitatis: aut 4.  
quia sunt 4. Evangelistæ: aut 5. quia 5. libri Moysis: aut 6.  
quia 6. in Cana erant hydriæ: aut 8. quia totidem beatitu-  
dines: aut 9. quia tot peccata aliena: aut 10. quia tot praece-  
pta: aut 11. quia tot discipuli Dominum in Galileam prose-  
cuti sunt: aut 12. quia tot Apostoli: aut deniq; 70. quia tot  
fuerunt discipuli, ac tot Danielis hebdomades?

XCIV.

De ordine autem seu comparatione Sacramentorum ORDO  
inter se quid attinet contendere? Vtrinq; idem autor, idem, SACRA-  
quoad salutarem usum fructus, remissio peccatorum: & mentorum  
Matth. 26.

28. Act. 2. cum horum inquisitio nobis mandata non sit, eadem mit-  
Aug. 1. ad tenda sunt.  
Oros. c. 11. & contra Priscillian. & Origenistas t. 6.

XCV.

CEREMONIÆ. Ad finem huius tractationis de ritibus etiam Sacra-  
BELLARMINI. mentorum aliquid subiiciendum videtur: cum quod à pri-  
MINI. mis usq; Ecclesiæ temporibus illud semper servatum sit, ut  
controverſia 6. Sacramenta solennibus quibusdam ceremonijs ministra-  
spetialis l. 2. rentur: tum quod hanc etiam partem intactam non fuisse  
c. 29 Catec. sibi relinquendam Bellarminus putaverit.  
Rom. p. 2. c.

10.

XCVI.

Non autem hic de ceremonijs prolixè cum eodem di-  
sputabimus: aliam hæc tractatio collationem aut disquisi-  
tionem requirit: de Sacramentorum tantum ceremonijs  
hoc monemus: Sollicitè hic cavendum esse, ne cultu quodam  
idololatræ, & humana autoritate instituto, cumq; verbo  
DEI, & vero Sacramentorum usu pugnante, Sacramenta  
CHRISTI profanentur, conscientie affligantur, & con-  
stringantur. scandala excitentur, atq; genuino Sacramento-  
rum fine ad externas illas actiones convertantur. Dice-  
mus paucis, & quàm poterimus paucissimis: Quæ non sunt  
Aug. ad 2. contra fidem, neq; contra bonos mores, & habent aliquid  
qq. lan. c. 18. ad exhortationem vitæ melioris, recipimus, sectamur, si ali-  
quorum infirmitas non impedit, ita ut detrimentum sit.  
Si enim eo modo non impediat, ac maiora studiorum lucra  
speranda sint, quàm calumniatorum detrimenta metuen-  
da, sine dubitatione faciendum est maximè illud, quod et-  
iam de Scripturis defendi potest.

XCVII.

Sed hoc nimis dolendum, quia multa quæ in divinis li-  
bris salubriter præcepta leguntur, minus curantur, ac præ-  
sumptionibus potius, quàm religiosis ac pijs devotionibus  
plena ferè sunt omnia.

Con

XCVIII.

Contra quæ tenendum: omnia talia quæ neq; sanctarum Scripturarum autoritatibus continentur, nec conciliis Episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine uniusversæ Ecclesiæ roborata sunt: sed diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix, aut omnino nunquam inveniri possint causæ, quas in eis institutis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione resecanda esse.

XCIX.

Quamvis enim neq; hoc inveniri possit quomodo contra fidem sint: ipsam tamen religionem, quàm paucissimis & manifestissimis celebrationum Sacramentis misericordia DEI liberam esse voluit, servilibus oneribus premunt: ut tolerabilior ferè sit conditio Iudeorum, qui etiam si tempus libertatis non agnoverint, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus, subijciuntur. Sed Ecclesiæ inter multam paleam, multaq; zizania constituta multa tolerat: ea tamen quæ sunt contra fidem, vel bonam vitam, non approbat, nec tacet, nec facit.

C.

Est autem contra fidem: Ceremonias aliquas per se vim habere spirituales: ceremonias ab Ecclesiâ institutas non posse omitti sine peccato, quod tamen Catechismus etiâ Romanus improbat: easdem non esse res indifferentes, sed meritorias simul, ac planè necessarias: quæ absurda & impia dogmata impudenter Gehasitarum primipilus asserit. Cuius generis plura alia in scriptis eiusdem passim occurrentia fideliter deinceps, si Domino ita visum, detegemus ac refellemus.

Bell. l. 2. c. 37.

Partez, c. 10.

Problema

PROBLEMA.

An fides, quæ à loco, aut persona no-  
men gerit, sit, quemadmodum conten-  
dit Lindanus orat. i. Querim. Ec-  
cles. Catho. pag. 111,  
Antichristiana.



Jf 4600

ULB Halle 3  
003 299 04X



sb.

1077









DE SACRAMENTIS  
NOVI TESTAMENTI IN  
GENERE DISPUTATIO

THEOLOGICA,

IN QVA ROBERTI BELLARMINI SEX  
*controuersiae speciales, Tomo 2. controuersiarum  
tractatae, breuiter confutantur,*

DIVINA IUVENTE AC IUVANTE GRATIA,

PRÆSIDE

IOACHIMO GARCAEO SACRAE  
*Theologiae Doctore, & Graecae in Acade-  
mia Francofordiana institu-  
tionis Professore,*

Respondente

M. ZACHARIA FREVDEMANO,  
*IUTREBOCENSIS, Febr. hora & loco  
consuetis publicè instituenda.*



Typis exscripta ab Andrea Eichorn  
Anno Christi 1594.



a.